

## LI

omni mundana gloria: cum maiori utilioriq; populo præfici posset: supplici prece a deo petijt: ut seipsum potius q̄ iudæum populū interimeret: uel ingratum. Loth uero ut sodomorum perfidiam ab ijs auerteret: quos hospitio suscepisset: ne filias quidem uirgines illorum libidini imantatq; offerre atq; dedere ueritus est: cum aliter eam iniuriæ contumeliā propulsare non posset. Tu autē rex Carole patieris uniuersum (ut ita dixerim) dei populū obscœnæ atq; spurcissimæ turcorum & sarracenoꝝ intemperantiæ tam turpiter tam flagitiose seruire. Nō tibi potius optandū est: si sit opus: uel ingenti probitate & laude Lodouicum filiū uel te etiam ipsū morti tradere pro salute populi Christiani tandiū multumq; flagellati atq; contriti? Imitat̄ scilicet nō apostolos solū reliquosq; martyres: sed Christū ipsū Iesum: qui cum & deus esset & summi dei filius: pro salute humani generis mortē suam hominū morti prætulit. An sumus ignari saluum fieri posse neminē: nisi qui crucem ferat: quā ipse tulerit? Quid: quod ea est huius belli facilitas: ut non tam de nostra dubitandum: q̄ de infidelium præda & nece sperandū certo sit? Nā hoc erat illud: qđ ab me secundo loco dicendum proposueram. Quibus in bello uincitur: ea numero tria esse puto: imperatoris præstantiam: militum multitudinē ac robur: & pecuniariæ rei cōmodū. Sunt enim nūmi perindie atq; nerui quidam rerum bellicarum. Quæ quidē omnia & nobis affutura: si talis ac tanta res ductu tuo imperioq; geratur: & illis defutura non est obscurū. Nam ut de uinūm conticescam: quibus te atq; regnum tuū mirabiliter affluere omnes sciunt: is tibi exercitus ē: qui & magn⁹ & firm⁹: & q̄diutissime assidua militia summa cū laude exercitat⁹ aduersus maximas eadēq; omniū maxime formidabiles anglorum uires: ne uniuersum quidē hominū genus pertimescat. Magnæ laudi datum est. G. Iulio Cæsari: qđ britannos difficili bello superasset: qui & Liberū & Herculem peritissimos duos & clarissimos potentissimosq; duces uertissent aliq̄ quādo in fugam: & ab nemine ipsi unq̄ essent superati. At eosdem ab anglis nō modo superatos & uictos: sed patrio